



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Caroli-Avgvsti Salesii Tvlliani Doctoris Theologi,
Praepositi, Canonici, Vicarii Generalis Et Officialis
Ecclesiae Gebennensis: De Vita Et Rebus Gestis Servi Dei**


Sales, Charles Auguste de

Lvgdvni, 1634

Protestatio Avctoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9634

PROTESTATIO AVCTORIS:

 *VI sanctissimus Dominus noster Urbanus Papa VIII^{us} die 13. Martij, anno 1625. in sacra Congregatione S. R. & universalis Inquisitionis decretum ediderit, idemque confirmaverit die 5. Iulij, anno 1634. quo inhibuit imprimi Libros hominum qui sanctitate, seu martirij famâ celebres è vita migrarunt, gesta, miracula, vel revelationes, seu quæcumque beneficia, tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine recognitione atque approbatione Ordinarij, & quæ hætenus sine eâ impressa sunt nullo modo vult censeri approbata. Idem autem sanctissimus die 5. Iunij, anno 1631. ita explicaverit, ut nimirum non admittantur elogia Sancti, vel Beati absolute, & quæ cadunt super Personam, bene tamen ea, quæ cadunt super mores, & opinionem, cum protestatione in principio quod iis nulla adsit auctoritas ab Ecclesia Romana, sed fides sit tantum penes Auctorem. Huic decreto, ejusque confirmationi, & declarationi observantia, & reverentia qua par est, insistendo, profiteor me haud alio sensu quidquid in hoc libro refero accipere, aut accipi ab ullo velle, quàm quo ea solent quæ humana dumtaxat autoritate, non autem divinâ Catholice Romanæ Ecclesiæ, aut sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur, iis tantummodo exceptis, quos eadem sancta Sedes sanctorum Beatorum, aut Martyrum Cathalogo adscripsit.*

CAROLVS AVGVSTVS DE SALES,
Præpositus Ecclesiæ Gebennensis.

